Quelle: https://manuscripta.at/?ID=870
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hoc Caroli V. Imperat. Diploma datum
est Granatæ 6. Februarii 1538. Habebat
olim sigillum plumbeum Caroli e filis sericis
pendens, quorum adhuc vestigia in medio volu-
minis supersunt. Præter cæteras picturas confide-
rationem meretur elegans Caroli effigies paullo
ante finem litteræ ✠ P inserta.

Continet sententiam definitivam litis, quam
anno 1520 Procurator fiscii regii moverat Joanni
Sanchez de Arambiru Guipuzcoano impugnando
ejus nobilitatem, eique adnexa privilegia exem-
tionis a quibusdam tributis &c. in favorem dicti
Joannis. Inserta sunt documenta, quibus hic suam
nobilitatem probavit, urbium videlicet, aut alio-
rum nobilium testimonia.

Observari etiam meretur titulus, cujus initi-
um prolixa Latine reddo: D. Carolus divina cle-
mentia Imperator Semper Augustus Rex Germaniæ
Dª Johannæ ejus Mater et idem D. Carolus Dei
gratia Reges Castellæ &c.

Cupit hoc diploma videre P. L. Cito, qui for-
tasis etiam de familia, ad quam pertinet, ali-